

# PALAESTRA LATINA

## S U M M A R I U M

- DE POESI VERGILIANA: (J. Leache).  
CONLOQUIA IN SCHOLA. (A. Tamarit).  
CURSUS GYMNASTICUS: (M. López de Zubiria).  
DE CLASSICA IMITATIONE: (Daniel Ruiz).  
NOVA ET VETERA: Vultos: (I. González).  
CONCERTATIO AMORIS: (N. García).  
EXERCITATIONES SCHOLARES.  
PER ORBEM: (J. M. Jiménez).  
BIBLIOGRAPHIA: (P. Calvo), (J. Payás), (A. Schwientek), (J. Mir), (E. Jové), (Daniel Ruiz).

gandol

## Libri in Actuaria accepti

**Meister, K.** «Die Tugenden der Römer». Rectoratsrede. 26. S. Karl Winters Universitätsbuchh. Heidelberg-1930.

**Frei, H.** «La Grammaire des Fautes»; 318 p. Lib. Paul Geuthener, 13, Jacob, Paris-1929.

**juret, A. C.** La Phonétique Latine», 69 p. Prix 8 fr. «Principes de Métrique Grecque et Latine». 55 p. Prix 8 fr.—Les Belles Lettres, 95 Boulevard Raspail, Paris 1929.

«Commentationes Vergilianae» A. P. L. S. 431. p. in 4.<sup>o</sup> Druki Do Kancelarji Polskiej Akademji Umiejętnosci - Cracoviae, 1930.

**Walde, A.** «Lateinisches ethymologisches Wörterbuch», 3 Lieferung, 1.50 MR.—Carl Winters, Universitätsbuchhandlung. Heidelberg, 1931.

### NUMMARIA (Banca) ARNÚS

FUNDATA A. 1846

Omnia pertractantur quae propria sunt nummariae, bursae,  
collybi, valorum, faeneratitiae, gyrorum

BARCELONA, Plaza de Cataluña, 23-Virgenes, 32 - Tel. 29, CERVERA

## Curación Externa del Dolor

### Lápiz Termosán

Suprime rápidamente el dolor o la congestión, atacando la inflamación. Se presenta en forma de una barrita de facilísimo empleo. Olor agradable. Se aplica tal cual se presenta, sin tener que hacer ninguna preparación previa.

Se vende en las principales Farmacias al precio de ptas. 4'25 el tubo. Remitiendo su importe en sellos correo o giro postal, se manda certificado, dirigiéndose al Depósito General: Ramón Sala, calle París, 174 - Barcelona.



## MENSTRUUS DE LATITUDE COMMENTARIUS

Premium subnotationis annuae, soluzione antelata, est 6 pessetarum in Hispania, 7 in America, 8 in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem: CERVERA (Lérida) - Universidad - España.

## DE POESI VERGILIANA

### I I. Vergilius Graecorum aemulator

Ut scriptorum Romanorum plerique, ne se quidem Vergilius noster ab influxu liberavit quem in animum populi Romani habuerunt semper litterae Graecae. Qui natura ipsa natus ad arma, bellis continuis districtus, reique militari deditus, nec tempus ei suppeterat, neque inspiratio qua propriam litterarum sibi efformaret disciplinam. Cum tandem praeliis lassus ut defatigato aliquid animo paeberet levaminis sese ad studium ingenuarum convertit artium, omnem curam atque operam ad studium Graecarum contulit litterarum. Itaque quae labore plurimo Philosophi Graeci invenerant exquisitaque doctrina tractaverant, eadem brevi tempore summa Romanorum ingenia Latinis litteris commendarunt. Neque alia poëtae Romani videntur scriptorum indoles. «Vergilius in litteris videtur aliquantulum alienus; propriisque viribus volare non audens, Theocritum in Eclogis imitatus est, in Georgicis Hesiodum, Homerumque in Aeneide.»<sup>(1)</sup> En tandem quae de eo praedicat Macrobius. «Vulgo nota sunt, ait, quod Vergilius Theocritum sibi fecerit pastoralis operis auctorem,

1) Cantá, Historia Universal, tom V, c. XXV, ed. 1847.



tudine, elegantia, splendore celebrent. Aeneida his Ovidius honorificis prosequitur verbis.<sup>(1)</sup>

*Et profugum Aeneam altae primordia Romae  
Quo nullum Latio clarius exstat opus.*

Noster vero Martialis:<sup>(2)</sup>

*Ingenium sacri miraris abesse Maronis  
Nec quemquam tantâ bella sonare tuba.*

In coronidem tandem Ovidii verba proferam, viri supra laudati, qui litteris auctoris Romani inmortalem sempiternamque gloriam auguratur:<sup>(3)</sup>

*Tityrus et fruges Aeneiaque arma legentur  
Roma triunphanti dum caput orbis erit.*

Neque deceptum fuisse praecclare confirmat historia. Jam enim Quintilianus,<sup>(4)</sup> quam ille optimam judicat, consuetudinem vulgatissimam conmemorat lectionem ab Homero et Vergilio incipiendi, quamvis idem fateatur ad perfectam illorum intelligentiam firmiore judicio opus esse. Mos hic ubique invaluit, nec ulius inveniebatur locus in quo non legerentur scripta Vergilii quasi Magistri Latinarum litterarum.<sup>(5)</sup>

#### IV. Vergilius et Homerus

Cum Homerus et Vergilius sint qui maxime antiquos inter epicos eniteant, conquerunt aliqui quisnam eorum sit major. Qua quidem de re summa ubique scriptorum dissensione certatur. Sunt enim qui Vergilium Homero longe excellentiorem esse reputent atque Romani poëtae scripta scriptis Graeci esse prorsus anteponenda. Quos inter et primus quidem eminentissimus ille vir Julius Caesar Scaliger: «Quantum a plebeja ineptaque muliercula matrona distat, tantum summus ille vir (Homerus) à divino viro nostro (Vergilio) superatur.<sup>(6)</sup> Paulo vero post: «Quanto autem barbara Polypheimi persona inferior est regia inaestate, tanto versus nostri Graecis compositiones»;<sup>(7)</sup> quibus sane verbis *nostri* Vergilium, *Graecis* Homerum intellege. Contra vero, sunt alii iidemque magni atque nobiles, qui omnino anteponant Vergilio Homerum. Quintilianum, si placet, audi: «Homerus omnes sine dubio et in omni genere eloquentiae procul a se reliquit, epicos tamen praecipue, videlicet, quia clarissima in materia simili comparatio est».<sup>(8)</sup> Ista vero praestantia quanta sit ab ipso accepimus, cum in laudato libro scripta maneant: «Idem nobis per Romanos quoque auctores ordo ducendus est. Itaque ut

(1) *Art. Amat.* v. 33-34, ed. Lond. 1713. —(2) *Epigramm.* lib. 14, 56, ed. Lond. 1713. —(3) *Amor.* lib. 1, eleg. 15, ed. Lond. 1718. —(4) *Inst. Orat.* lib. 1, 8, 5, ed. Teubn. —(5) **Weiss**, *Hist. Univer.* vol. III, p. 635. —(6) *Poëtices*, lib. 5, c. I. —(7) *Ibid.* lib. 5, c. 3. —(8) *Inst. Orat.* lib. X, c. 50, ad. Teubn.

apud illos Homerus sic et apud nos Vergilius auspicatissimum dederit exordium omnium ejus generis poëtarum Graecorum nostrorumque haud dubie proximus. Utor enim verbis quae ex Afro Domitio juvenis excepti; qui mihi interroganti quem Homero crederet maxime accedere: *Secundus*, inquit, *est Vergilius; propior tamen primo quam tertio*.<sup>(1)</sup> Has inter sententias tam inter se dissidentes medium occupat locum Juvenalis, cui tum Homerus tum Vergilius paeclarissimi ac dignissimi videbantur; addubitatbat tamen cuinam primas deferret. Clamabat enim:

*Conditor Iliados cantabitur atque Maronis  
Altissoni dubiam facientia carmina palmam.*<sup>(2)</sup>

Si quis autem conquerirat quid hac de re ipsi sentiamus, credimus fore ut omnis praestantia Homeri supra Vergilium sit quod Graecus primus exstiterit qui magna imaginum ubertate, colorum pulcritudine, sententiarumque ac verborum granditate, ut nemo, heroicis carminibus sese tradiderit. Sunt tamen qui hanc gloriam Graeco omnino denegent; jam enim ab antiquis ducta temporibus invaluit inter doctissimos hominum opinio non omnia quae in Iliade vel Odissea contineantur ab ipso Homero primum exordium sumere, verum a majoribus sumptam esse rerum materiam. Loquatur Scaliger: «Quae vel in Iliade vel in Ulyssea fabulae narrantur cave putas ab ipso excogitata, sed per ora vulgi sane multo ante ipsum circumlata».<sup>(3)</sup> Nostra vero memoria complures arte critica eruditos invenies qui Iliadem et Odisseam anthologiam dicant ab aliquo recentiore auctore carminibus patriis conflatam.

JULIUS LEACHE, C. M. F.

*Cervariae.*

(1) *Ibid.* id. c. 85, ed. Teubn. —(2) *Sat.* II, v. 180-181, ed. Teubn. —(3) *Ibid.* lib. V, c. 1.

**Quanti autem momenti sit juvenes religiosos Latini esse bengnaros sermonis, id non modo declarat quod eo ipso Ecclesia utitur veluti ministro et vineculo unitatis, sed etiam quia Latine Biblia legimus, latine et psallimus et litamus et sacris ritibus paene omnibus perfungimur. (Pius Papa XI. Epist. Apost., «Unigenitus Dei» mart. 1922.)**



- A. — *Prope collum... prope collum... stomachum habemus (tollitur cachinnus).*
- M. — *Nequaquam, homuncio, inferius est stomachus. Dic tu, Henrice.*
- H. — *A collo pectus est; atque infra pectus stomachus.*
- M. — *Pectoris membrum praecipuum, id quod jam explicarimus, cor est, deinde pulmones. Pectus adversum costis est definitum, aversum spina dorsali vel columna vertebrali. Quomodo vocatur pars quae spina dorsali, pectore, stomacho, ventre continetur? Dicesne tu, Aloisi?*
- A. — *Vocatur truncus.*
- M. — *Recte quidem. At cum membris adhuc enumeratis liceine nobis ambulare aut agere?*
- Omnes. — *Minime vero.*
- M — *Quid restat igitur? (ad Augustinum).*
- A. — *Ad ambulandum pedibus opus est, ad agendum bracchiis.*
- M. — *Videamus, Henrice, an partes quibus bracchium coalescit enumeres.*
- H. — *Haec sunt: cubitus, lacertus, carpus, manus. In singulis manibus quinque digitos habemus, pollicem, indicem, medium, anularem (medicum), minimum.*
- M. — *Bene est. Tu autem, Aloisi, scin quomodo appellantur extremitates inferiores et quibus distinguantur partibus?*
- A. — *Admodum. Extremitates inferiores sunt crura, quae continent femur, genu, suram, tibiam, pedem. Praeterea in pede est nobis talus, planta, digiti.*
- M. — *Optime. Hesternam lectionem frugiferam fuisse sentio. Hodie satis: attamen nolite oblivisci animam quoque vos habere, quae corpus vivificat, quamque puram inlibatamque servabitis.*
- A. — *Cerca del cuello... cerca del cuello tenemos el estómago. (Solemne carcajada).*
- M. — *No, hombre, no; el estómago está más abajo. A ver tú, Enrique.*
- E. — *Después del cuello tenemos el pecho, y más abajo del pecho el estómago.*
- M. — *Las partes principales del pecho, como ya explicamos, la forman el corazón y los pulmones. El pecho está limitado por delante por las costillas, y por detrás por el espinazo o columna vertebral. ¿Cómo se llama la parte comprendida por el espinazo, el pecho, el estómago y el vientre? A ver, tú Luis,*
- L. — *Se llama tronco.*
- M. — *Muy bien. Pero con los miembros hasta ahora enumerados ¿podríamos andar y trabajar?*
- Todos. — *No, señor.*
- M. — *Pues ¿qué es lo que falta? (a Agustín).*
- A. — *Para andar hacen falta los pies, y para trabajar los brazos.*
- M. — *A ver, tú, Enrique, si enumeras las partes de que se compone el brazo.*
- E. — *Codo, antebrazo, muñeca y mano. En cada mano tenemos cinco dedos, llamados pulgar, índice, medio o mayor, anular y meñique.*
- M. — *Está bien. Y tú, Luis, ¿sabes cómo se llaman las extremidades inferiores, y cuáles son las partes en que se distinguen?*
- L. — *Sí, señor. Las extremidades inferiores son las piernas, que comprenden el muslo, la rodilla, la pantorrilla, la canilla y el pie. Además en el pie tenemos el talón, la planta del pie y los dedos.*
- M. — *Perfectamente. Veo que supisteis aprovecharos de la lección del último día. Por hoy basta; pero no olvidéis que tenéis un alma que da vida al cuerpo, la cual debéis conservar pura y limpia de todo pecado.*

A. TAMARIT, C. M. F.



## CURSUS GYMNASTICUS<sup>(1)</sup>

### CORYDON

Huc ades, o formose puer: tibi lilia plenis  
ecce ferunt nymphae calathis; tibi candida Nais,  
pallentes violas et summa papavera carpens  
narcissum et florem jungit bene olentis anethi:  
tum casia atque alii intexens suavibus herbis  
mollia luteola pingit vaccinia calta.

**Ecce:** aquí sólo sirve para dar viveza a la expresión.—**Calathis plenis:** en canastillos repletos (con toda abundancia).—**Summa:** lo más alto de... (las flores). Podía haber dicho *summum papaverum*, pero este uso no es el más frecuente.—**Intexere:** entretejer.—**Mollia (acus.), luteola (abl.).**—**Anethus:** eneldo.—**Calta:** especie de violeta.—**Bene olens:** oloroso.

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala  
castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat;  
addam cerea pruna (honos erit huic quoque pomo);  
et vos, o lauri, carpam et te, proxima myrtle,  
sic positae quoniam suaves miscetis odores.

**Ipse:** es enfático y sirve para dar más fuerza: hasta el presente ofrecían dones a Alexis otros en nombre de Coridón; ahora él mismo se los ofrece.—**Canus:** blanco.—**Legere:** recoger. El primer verso es de una extraordinaria suavidad.—**Mala, castaneas...** sinécdoque, la especie por el género.—**Cereus:** suave.—**Pomum:** fruta (en general).—**Carpere:** coger. **Proxima myrtle:** el mirto suele estar junto la laurel.—**Sic positae,** es decir, colocados al rededor de las frutas.—**Et vos:** apóstrofe muy gracioso.

Rusticus es, Corydon; nec munera curat Alexis,  
nec si muneribus certes, concedat lollas.  
Heu, heu! quid volui misero mihi? Floribus austrum  
perditus et liquidis inmisi fontibus apros.  
Quem fugis, a, demens? Habitareunt di quoque silvas  
Dardaniusque Paris. Pallas quas condidit arces  
ipsa colat: nobis placeant ante omnia silvae.  
Torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam,  
florentem cytisum sequitur lasciva capella,  
te Corydon, o Alexi: trahit sua quemque voluptas.

**Rusticus:** necio. Reproche de Coridón a sí mismo.—**Certare:** porfiar.—**lollas:** pastor, rival de Coridón.—**Concedat:** subj. potencial.—**Auster:** vendaval.—**Perditus:** infeliz.—**Inmittere:** introducir.—**Floribus, fontibus:** dat. de *inmittere*, que en prosa sería acusativo con *in*.

M. LÓPEZ DE ZUBIRIA, C. M. F.

*(Sequemur)*


(1) Cfr n. 6, m. Martio, p. 87.





## NOVA ET VETERA

### Vultus



Humana effigies usque ad thoracem, eaque cum picturae arte expressa, tum vel maxime sculpturae, *vultus* apud Latinos auctores nuncupatur, quae etiam *thoracis* quandoque nomine venit. De vocabulo autem *bustum*, quo quidem omnia fere vulgaria eloquia utuntur ad expriment

dum id genus imaginis, Forcellinius haec ad rem sane conscripsit: «bustum est etiam effigies dimidiata illius, qui in busto cremandus erat. Hinc Itali etiamnum eam *busto*, Germani *Büste* dicunt, quam Graeci προτομήν, Latini *vultum*, *thoracem* appellabant.»

Jam vero, quem ad modum ille, qui artis photographicae auxilio hodie curat, ut sui ipsius figura ad posteritatis memoriam pertineat, sic et antiqui Romani ope ingenuarum artium volebant proprium perinde *vultum* extrectum, quanvis in sculptura aut pictura Romani non ita ingenio atque industria, comparationem si cum Graecis insituas, pollerent.

Adjuncta scilicet, quae in oculis est, imago celeberrimae statuae Octavii Augusti Imperatoris *vultum* intendit repraesentare qui in Museo Vaticano rite adservatur. Eximiae sane pulcritudinis est hujus modi imago, tum ex majestate atque facie, tum ex trabeae sinnuum venustate miro studio destinctorum. Etsi, serviliter Graecorum vestigiis insistentes, Romanorum opifices usque efferendas consecrandasque Imperatorum effigies curabant, tamen praecipua oris lineamenta secundum naturam in operibus eorum nunquam non emergebant. Quod inde vel maxime adparet, quod ea, quae de personali effigie Octavii historici narrant, magnam habent convenientiam cum eis, quae adhuc Imperatoris supersunt imaginibus.

Exprimendorum autem vultuum fuit temporis quidem tractu pervaria ratio. Initio enim humanum solum caput cum collo adhibebant; paullatim deinde pars pectoris in triquetri modum est adjuncta. Tum denique integrum pectus, quanquam sine umeris seu truncatum est insuper expressum, donec usu etiam venerunt umeri, pectore ad dimidium usque corpus protracto. Usus vultuum apud pristinos Romanos in cultu imperatorum permagni fuit momenti, haud ita tamen in vita privata.

### Vocabularium

1 Frente	<i>frons</i>	8 Cabello	<i>capillus</i>
2 Ceja	<i>supercilium</i>	9 Oreja	<i>auris</i>
3 Ojo	<i>oculus</i>	10 Pómulo	<i>pomulum</i>
4 Nariz	<i>nasus</i>	11 Mejilla	<i>gena</i>
5 Boca	<i>os-oris</i>	12 Mandíbula	<i>mandibula</i>
6 Barba	<i>mentum</i>	13 Nuca	<i>occiput</i>
7 Cuello	<i>collum</i>		

### Aliae corporis partes

Barba	<i>barba</i>	Garganta	<i>fauces</i>
Bigote	<i>mystax-acis</i>	Hombro	<i>umerus</i>
Brazo	<i>bracchium</i>	Labio	<i>labrum</i>
Cabellera	<i>coma</i>	Lengua	<i>lingua</i>
Cabeza	<i>caput</i>	Mano	<i>manus</i>
Cara	<i>facies</i>	Médula	<i>medulla</i>
Carrillo	<i>mala</i>	Paladar	<i>palatum</i>
Cerebro	<i>cêrebrum</i>	Palma	<i>palma, vola</i>
Codo	<i>cubitus</i>	Pantorrilla	<i>sura</i>
Corazón	<i>cor</i>	Párpado	<i>palpebra</i>
Corva	<i>poples</i>	Pecho	<i>pectus</i>
Costilla	<i>costa</i>	Pie	<i>pes</i>
Cráneo	<i>calva</i>	Piel	<i>cutis</i>
Dedo	<i>digitus</i>	Pierna	<i>crus</i>
Diente	<i>dens</i>	Rodilla	<i>genu-us</i>
Encías	<i>gingivae</i>	Talón	<i>calx</i>
Espalda	<i>dorsum</i>	Tórax	<i>thorax</i>

I. GONZÁLEZ, C. M. F.

# CONCERTATIO AMORIS

«Non nostrum inter vos tantas conponere lites»  
(Verg. Ecl. III.)

ANSELMUS. BERNARDUS

- A. *Suaviter audisi modo te, Bernarde, canentem;  
sed chordae gestas celebrabant res minus aptas.*
- B. *Da, mihi, care, virum dignum quem carmine cantem:  
est etiam mea testudo modulata decora  
nec si cantando certes nunc victor abibis.*
- A. *Via nos tentemus quid possit quisque Parenti  
Virgine de laudis cumulare peritus in arte?*
- B. *Estos; nec ultra decertarim pignore tecum  
risu jucundo nisi Virginis ante locato  
quo majus nequaquam, nosce, reponere possis.*
- A. *Ast melius juvat inter nos contendere lauro,  
descendat caeli, victori sitque triumphus.*
- B. *Eminet alta puerpera cum generata nefandi  
est primum expre flagitiis. Cum sole coruscat  
clarior; anteit ardentes fulgere lapillos.*
- A. *Prospicias Mariam grandem, si murmure fonti  
tranquille salienti confores, si aequori vasto;  
praestat caelicolis ejus tum gratia cunctis.*
- B. *Inlustri caeli decore exornata resulget  
laudandis virtutibus, ardebatque perenni  
aeternum pietate.*
- A. *Sed insignita nitens  
flaminis ampli muneribus lucecit in alto.  
Gemma politior excelsae, eul, contesta coronae;*
- B. *Natum caelorum scaeptrum genuisse tenentem.*
- A. *Campora cingenti serto rosa nocte tur halans;  
festivis terras hymnis Mater Virgo vocatur.*
- B. *Imperium tenet orbis; gloria crescit ubique  
terrarum; passim regnatrix dicta suprema.*
- A. *Magna potestas! sed potius clementia laetis  
tollatur verbis, nam pascent aequore cervi  
aut pinceis pratum percurrent molle priusquam  
extremis oris suavis desistat adesse.*
- B. *Caelestes Suboles sedem cessere superbam  
Reginae; scaeptroque polum moderatur eburno.*
- A. *Conlaudent ejus titulos stellaeque per orbem  
luce serena; perscribunt freta caerulea gemmis  
nomen, floribus albis rus effingit amoenum.*
- B. *Mirando functum corpus revocatur ad auras  
Prodigio, niveumque supernas obtinet aulas.*
- A. *Exstat caeli dispensatrix sola favorum,  
Arbitra facta poli, nobis pia factaque mater.*
- .....
- B. *Attontitus stupeo, mi care; per amplus Olympus  
Nonne patet? — Venit en sublimis penniger arcis.*
- A. *Quod mulcet Reginam, carmine pectus amator  
Auribus hausto laetori; litem hac arte resolvam;  
Et lauro tu dignus et hic et quisquis amores,  
Virtutes, magnalia Matris personet almae.*

*Narcissus García, C. M. F.*

*Barbastri.*



## Per orbem

### Memoria P. Vergilii Maronis apud gentes concelebrata

Mos erat Romae iis senatus populi que jussu triumphi gloriam concedere, qui gladio atque audacia hostes subjerant, provincias superaverant, a magno aliquo discrimine Rempublicam arcerant.

Vergilius neque dux fuit neque bellator, et tamen populi litterarum studiosi ei triumphum decreverunt, et bis mille-narium nativitatis ejus recens concelebrantes novis floribus tempora vinixerunt et laureatis litteris circumdederunt. Nec mirum: triumphus enim neque tantum gladio debetur nec praecipuus, sed artibus etiam et litteris, in quibus Vergilius «tantum alios inter caput extulit viros quantum lenta solent inter viburna cu-[pressi].

Res apud Italos gestae in tanti viri memoriam lectoribus notae sunt; nunc de his loquimur quae apud Rumanos, Belgas, Hispanos.

**Apud Hispanos.** Praeter ea quae in Conlegiis seu Seminariis Pampelonensti et Barbastrensi, et Caesarangustiae ab alumnis Verolensiibus facta sunt, conmemorationem bis milenarii anni Vergiliani in Universitate Barcinonensi referre juvat.

Consentientibus Universitatis dignissimo Professorum coetu, membris Foundationis «Bernat Metge» cum Itala Societate «Dante Alighieri», XIX Kal. Jan. in memoriam P. Vergilii Maronis insignis habitus est concessus. Sollemnitati praefuit Dr. Soler et Baille, Universitatis Rector, et scannis adsiderunt praestantioribus Dr. Alcové et Castillo, Vice-rector, D. Massot a praetore Civitatis delegatus, D. Ramonelli, consul generalis Italiae, Dr. Pi et Sunyer ab Instituto «D'Estudis Catalans», atque praesides Societatis «Dante Alighieri» et Foundationis «Bernat Metge».

Moderator scholarum Italicarum sermonem habuit de «La Romanità di Virgilio»; deinde locutus est Dr. Estelrich, praeses Fundationis «Bernat Metge»; tum C. Riba, vatis perinlustris versionem Catalaunicam Vergilii Eclogae IV omnium plausu recitavit: ac demum Dr. Balcells meritissime contionatus est. Rector Universitatis adstantibus gratias egit actumque coronavit.

Adnotare etiam oportet domus editionis «Voluntad» laudabile consilium obferendi initium conlectionis scriptorum Latinorum poëtam Mantuanum, cuius opera omnia impressa jam sunt. Hoc pacto et honor principi poëtarum tribuitur et ejus memoria in bis mille-nario anno inter Hispanos suscitatur. Ad quod accedit liber «Virgilio» domo «Araluce» nuper editus, cuius auctor est A. Turlumine, aliter Dacio F. Rodriguez Lesmes, quem etsi documenta et adnotationes transprenaicorum librorum non adferat, silentium abrumpit preli Hispani in producendis hujus modi operibus tardioris.

Nec defuerunt studia Vergiliana in commentariis edita: in commentario «Religión y Cultura» Virgilio y S. Agustín a Rdo. P. C. Rodríguez. Mentionem praesertim faciemus numeri extraordinarii commentarii «Estudis Franciscans» in quo D. Ruiz collega noster de Virgilio et Garcilaso bene diserit. Ephemeris «La Epoca» mense octobri multa dixit de Virgilio a Perez Urbel, Bullón, A. Jiménez subscripta. Praeter ea Gómez Ledo in dialectum Gallaicum vertit Vergilianas eclogas et Rdus. Pater Josephus Llobera S. J., libellum bibliographicum «Virgilio y los Jesuitas» feliciter conscripsit.

Quid amplius? Ipse noster commentarius, qualiscumque ille est, anno P. Vergilii Maronis bis millesimo a nativi-



mana omnibus, cum magistris, tum vel maxime discipulis conferendam; pars autem bibliographica ubertate commendatur.

In tres libros dividitur totum opus: in primo de monumentorum omnium constructione; in altero de arte decorativa; de escultura, pictura, etc.; in tertio de vita publica et privata Romanorum. Documenta in cursu operis vere opportuna oppidoque curiosa inveniuntur, quae quidem picturis admodum conlustrantur.

Nostra autem sententia, opus non justum amississet modum et utilius extitisset, si exili aliquant udum dicendi genere relichto, plus technicam sectaretur, maxime in tractatu de Architectura. Sic magis adcurata stilarum Romanorum desideratur descriptio; oculo minus expperfecto suboscure adhuc adparent nonnulla pulcritudinis eximia et techniques classicae monumenta, ut *arcus Titianus*, *Pantheon*, *Coliseum*, *Segoviae aquaeductus*, etc.. quae longiorem sermonem desiderant. Cui vero, partem sculpturae legenti, non subeant *Augustus a Prima Porta*, *Agryppina*, *Gladiator morti proximus* et aliae celebres sculpturae quarum critica descriptio et pictura prorsus exulat? Nihil dico de *Jobe Otricoli*, *Junone Ludovisi* etc., quamvis Graecorum apographa.

Sunt quidem opportuna torematum et sarcophagorum studia una cum imperatorum aliarumque personarum imaginum; non ita placet studium divinitatum Romanarum. Opus tandem deesse nequit in illius Bibliotheca, quae veram et amplam culturam Romanorum sub omnibus vitae respectibus capiat.

Jacobus PAYÁS, C. M. F.

**Walther Rehm.** *Der Untergang Roms im abendländischen Deken. Ein Beitrag zur Geschichtsschreibung und zum Dekadenzproblem*, VIII, 176 pag. in 8, Dietrich'sche Verlagsbuchhandlung; Leipzig, 1930.

Omnibus qui aut humanioribus litteris aut historiae dant operam, magni-

esse arbitror ex antiqua historia id praesertim perdiscere, quod nostris etiam temporibus meliorem conditionem adferre valeat. Historiam nempe antiqui jam *magistram vitae* merito vocarunt. Id plane adparet in libro a Walther Rehm confecto. Roma in universi historia primas obtinet partes, adeo ut dogma de «Roma aeterna» jam ante Romae declinationem seu occasum vulgatum, neque post Urbis interitum oblitem, problema ab historiographis «decadentiae» dictum, luce clarius inlustret. Quid historici a Polybio usque ad Augustinum, quid Dante, Petrarcha, Machiavelli, quid Vico aliique plures, quidve nuper Nitzsche atque aequales nostri de Romae urbis occasu docuerunt, vel quod documentum ex tanta «decadentia» ad nostra aetatis mores sit capiendum. W. Rehm faciliter calamo solidisque rationibus in laudato libro studiose proponit. Cum doctrinam propositam omnino utilem ducimus, tum librum etiam enixe commendare non cunctamur.

A. SCHWIENTEK, C. M. F.

*De Jerusalém a Jericó* (1928, 28 pag.);—*Hebron* (1928, 31 pag.);—*El Mont Nebó* (1928, 31 pag.);—*Tebes* (1929, 32, pag.);—*Getsemani* (1929, 32 pag.)—Publicacions «Biblia de Montserrat», Sèrie B. n. 1-5.

En quinque opuscula parvae molis, omni vero ex parte commendanda; digna quidem florentissimo Montserratensi monasterio; ubi, simul cum divina et Delphaearum perenni laude, studia praesertim scripturistica et litterae orientales excoluntur. Hujus rei testimonium plane sufficiens una est «La Biblia» cuius jam septem sunt edita volumina omnia sub directione,—sed eorum quaedam proprio labore in linguam cathalaunicam versa et copiosa eruditio adnotata,—Patris Ubac qui inter hodiernos scripturariorum et orientalium rerum cultores merito numeratur. Opusculorum laudatorum subiectum uniuscuiusque titulo omnino respondeat nihilque in illis, nec litteraria

nec graphica nec inlustratoria ratio de-sideratur; et si divulgationis sint, non omni scientifico apparatu expertia inve-niuntur.

Jacobus MIR, C. M. F.

**Bouchard, M. «De l'Humanisme a l'Encyclopédisme». XIII, 978. Lib. Hachette, 79 boul. St. Germain, Pa-ris. 1930.**

Integrum optabat Dnus. Bouchard invenisse investigationis historicae cam-pum, quem tanto studio investigavit. Cum historici Jacquet, M. Deberre, Guerrois, Foisset, Roupnet, cet. veteris Borgoniae cultum plus minus intente ege-rint, nihilo minus auctor quicquam est demeritus, sed ejus opus ideo commen-datione dignius.

In Divionensium cultu versatur auctor saec. XVII et XVIII notans non tam praeclaros ejus temporis viros quam ad-juncta socialia, civica, religiosa. Unum id in opere maxime laudandum censemus, quod in rébus stabiliendis fontes ipsos perpetuo historicos repeatat ut ve-rum inde exhauriat. Liber tribus partibus constat: prima agit de statu Borgoniensis erga intellectum, civitatem, religio-nem saec. XVII; secunda de eruditione deque viris eruditis quos inter eo tem-po-re conspiiciunt B. la Monnoye et Bou-lier; tertia vero de notis novae societatis in ordine ad cives, ad religionem, ad cultum litterarum,

**R. Cagnat.—«En pays romain»—282 p. collection d'études d'histoire et d'arqueologie. Paris, De Boccard, 1, r, de Medicis, 1927.**

Hujus libri auctor notitias utilissi-mas conlegit regionum atque urbium: Nemansi, Vindibonae, Lugduni, Alesiae, Herculani, Tricapolis; agit etiam de quibusdam populi Romani moribus. Ra-tio elegans, qua excursionum suarum litterariarum notas tractat, vel ignaros de rebus archaeologicis adlict. Capita vero de Vestalibus et de Romanorum

epulis maxime commendantur. Nequit opus legi sine utilitate et oblectatione: Dnus. Cagnat miscuit utile dulci.

Eni. Jové, C. M. F.

**B. Laurand. «Manuel des Etudes grecques et Latines». Ouvrage couronné par l'Académie des In-scriptions et Belles-Lettres et par l'Association des Etudes grecques. Nouv. éd. en trois vol. comprenant tous les Append. T. I Grèce, br. 25 fr., cart. 37 fr.; t. II Rome, br. 25 fr., cart. 37 fr.; t. III Compléments, At-las, Tables, br. 45 fr., cart. 57 fr. L'ouvrage se vend aussi en fascicu-les séparés. Paris, Picard, 82, r. Bo-naparte (VI.) 1929.**

Neque novum neque incognitum opus praecipueri hujus auctoris ac nomine cons-picui lectoribus esse putamus, quod inde ab a. 1921 vulgatum praeceptoribus atque alumnis maximo fuit commodo. Nihil mirum ergo si alteram editionem diligenter recognitam cum appendicibus scrip-tores Galli praesertim et Germani summis laudibus prosecuti sunt.

Quaenam vero hujus operis sunt vir-tutes? Perspicuitas, ni fallor, et brevitas quae difficillime consociantur, mirifice in eo splendent. Illud ergo Horatii «brev-is esse labore, obscurus sio» Mr. Lau-rand optime effugere novit. Librorum scriptorumque notatorum copia, qua opus fulget, illius brevitatem luculentius supplet. Sed quid plura? Conspectum tantum perspicere sufficiat.

Fasc. I Géographie, Histoire, Insti-tutions grecques; II Littérature grecque; III Grammaire historique grecque; IV Géographie, Histoire, Institutions ro-maines; V Littérature latine; VI Gram-maire historique latine; VII Métrique, Sciences complémentaires, Renseigne-ments pratiques sur le travail philolo-gique, les bibliothèques etc. — Apend. (I-VI) Sciences, Art oratoire, Enseigne-ment, Lectures. Atlas, et tables du Grec-que et Latin. Omnibus PALAESTRAE lectoribus hunc librum vehementer com-mendamus.

Schenk D. «**Flavius Vegetius Renatus**» VIII, 88. S. Dieterichsche Verlagsbuch Leipzig. 1930.

Flavius Vegetius Renatus, IV saec. scriptor, de re militari comentariorum sati concinnum edidit. Sed, ut praemonet doctus Schenk, de opere Vegetiano diversum temporibus inter criticos fuit judicium, magna elapsis XIX saeculi annis 1875-1879 orta est controversia tum de fontibus tum de fide Vegetii.

Quaestio maximi momenti de Vegetii commentarii fontibus adhuc sub judice est, eamque magna eruditio copia, more quidem Germanorum, cl. hujus operis auctor enucleare conatur. Criticarum quaestionum peritis opus est perutile.

Breet F. J.—Motiv und Typengeschichte des Griechischen spott-epigramma. — 114 s.-1930. Leipzig Dieterichsche Verlagsbuchhandlung.

Qui historicam evolutionem epigrammati penitis nosse velit, multa in hoc opere utilia multaque amoena reperiet.

Primo quidem epigrammatica forma nota non fuit:aequipollens tamen fuit paud veteres Graecos η ιαυθη γη ιδεα quam Archilochus, quem proprio rabiess armavit jambo, in Graecas litteras invexit.

Hanc vero «Jambicam formam» in Latinas Litt. Naevius et Lucilius retulerunt, quam tandem Horatius Persius atque Juvenalis perfecerunt. Epigramma viget in ea quae hellenistica dicitur aetate fuitque a «neoteris» poetis Latinis excultum, inter quos eminent Catullus. Aevo sequenti epigramma ad summam

perfectionem ductum est a cl. Martiali.

Quae vero sit in Graecis epigrammati derisionis materia fusse in hoc opusculo explanatum reperies, habesque quasi Comentarium illius Juvenalis notissimi versus;

Quidquid agunt homines: votum, timor,  
[ira, voluptas  
Gaudia discursus nostri est farrago li-  
[belli

Meister, K. «**Die Tugenden der Römer**» 26 S. Karl Winters Universitätsbuch bond long Heidelberg. 1930.

Populum Romanum optimis moribus institutisque ad summam gloriam evectum et terrarum orbis effectum dominum, ipsa testatur historia.

Igitur de Romanis moribus vel de earum potius circa res morales notionibus in hoc brevi opusculo cl. auctor disserit, omnia per summa capita et per modum synthesis a primordiis Romanae rei publicae usque ad Trajani tempora attingens. Libellus quidem non sine utilitate legendus.

Daniel Ruiz, C. M. F.

---

#### INPRIMI POTEST.

Nicolaus García, C. M. F.  
Sup. Gralis.

---

#### NIHIL OBSTAT

Clemens Ramos, C. M. F.  
Censor

---

#### INPRIMATUR

Valentinus, Episc.

---

Typegraphia F. Camps Calmet. — Tarregae